

Vorläufiger Semesterplan

Datum:	Thema:	Stichworte:
11.04.2011	Bestimmung von Gegenstand und Fragestellung, Wissenschaftsgeschichtliches	Götter / Göttliches als Thema literarischer Texte; Gattungen und Diskurse; Bsp. Prooem der Aeneis Vergils, Ciceros <i>De natura deorum</i> , Augustinus übe Varros <i>Antiquitates</i>
18.04.2011	Ennius (und die epische Tradition)	Erzählen von Göttern; <i>Annales</i> und Nachfolger; wichtiges Grundmerkmal: Imitation als Weiterverarbeitung; Zusatz philologische Methodenlehre (zur Enniusedition von Skutsch: Fragmente (Herkunft, Einordnung, Interessen der Grammatiker;
[25.04.2011]	[Ostern]	
02.05.2011	Ennius, Kritiker, Erzählungen von Göttern (Forts.);	Hellenist. Verbindung wissenschaftlicher Reflexion mit literar. Interessen; noch einmal: Grundelement der Imitation als Auseinandersetzung mit Vorgängern und Nachdenken über Möglichkeiten (der Literatur); Pfeiffer; Bsp. <i>Euhemerus</i> des Ennius u.a.
09.05.2011	Catull; (Lukrez)	Cybele (Magna Mater) bei Catull, Lukrez und Vergil (wieder: Imitation); Catull: poetische Kleinformen und versch. Möglichkeiten, die Götter einzubinden;
16.05.2011	[Vergil (Eklogen, Georgica)], Komödie: Plautus, Terenz;	Cybele (Fortsetzung); Kurzhinweis Komödie (Terenz, Megalensia): formelhafte Wendungen der Alltagssprache
23.05.2011	Cicero, Dialoge, Traktate und Reden	Scipios Traum in <i>De re publica</i> ; Unsterblichkeitsmotivik
30.05.2011	Jupiter (Livius, Cicero u.a.)	Gründungserzählungen des Livius; Struktur der Episoden (Tempelweihungen; Institutionen; Kultaitiologie); Iuppiter Feretrius, Stator und Optimus Maximus
06.06.2011	Bacchus und Merkur (Horaz)	Livius (Abschluß); Lyrik als eigenständiger Bereich (Redeweisen, Vorstellungen, Gegenstände, Formen); Horaz und politische Relevanz der Götter (Augustus); Literatur als Reflexion auf, nicht Abbildung von Diskussionen über Göttliches
[13.06.2011]	[Pfingsten]	

20.06.2011	Bacchus, Merkur (Forts.) und Apollo (Horaz, Tibull, Properz)	
27.06.2011	Venus (Lukrez, Vergil u.a.); Vorb. Besuch A. Feldherr	
04.07.2011	Andrew Feldherr, Palatine Perspectives: Euander's Rome.	
11.07.2011	Unsterblichkeit als Motiv	

I. Einführung, Problemskizzen

Text 1: Vergil, Aeneis 1,1-11

Arma uirumque **cano**, Troiae qui primus ab oris
 Italiam fato profugus Lauiniaque uenit
 litora, multum ille et terris **iactatus** et alto
ui superum, saeuae memorem Iunonis ob iram,
 multa quoque et bello passus, dum conderet urbem 5
inferretque deos Latio; genus unde Latinum
 Albanique patres atque altae moenia Romae.

Musa, mihi causas memora, quo **numine laeso**
 quidue **dolens regina deum** tot uoluere casus
 insignem **pietate** uirum, tot adire labores 10
 impulerit. tantaene **animis caelestibus irae?**

Text 2: Cicero, De natura deorum 1,1-3

Cum multae res in **philosophia** nequaquam satis adhuc explicatae sint, tum
perdifficilis, Brute, quod tu minime ignoras, et **perobscura quaestio est de natura**
deorum, quae et ad cognitionem animi **pulcherrima** est et ad moderandam
 religionem **necessaria**. De qua tam **variae** sint doctissimorum hominum tamque
discrepantes sententiae, ut magno argumento esse debeat causam esse philosophiae
 inscientiam prudenterque Academicos a rebus incertis adsensionem cohibuisse.[...]
 (2) Qui vero **deos esse** dixerunt tanta sunt in varietate et dissensione, ut eorum
 infinitum sit enumerare sententias. nam et de **figuris** deorum et de **locis** atque
sedibus et de **actione vitae** multa dicuntur, deque is summa philosophorum
 dissensione certatur; quod vero maxime rem causamque continet, **utrum nihil agant**
nihil moliantur omni curatione et administratione rerum vacent, an contra ab iis et
 a principio **omnia facta** et constituta sint et ad infinitum tempus **regantur atque**
moveantur, in primis [quae] magna dissensio est, [...].
 (3) sin autem dei neque possunt nos iuvare nec volunt nec omnino curant nec quid
 agamus animadvertunt nec est quod ab is ad hominum vitam permanere possit, quid
 est quod ullos deis immortalibus cultus honores preces adhibeamus? [...]
 atque haut scio an pietate adversus deos sublata fides etiam et societas generis
 humani et una excellentissima virtus iustitia tollatur.

Text 3: Augustinus, De civitate Dei 4,5 (De tribus generibus theologiae secundum
 Varronem, id est uno fabuloso, altero naturali tertioque ciuili.)
 [...] deinde ait: mythicon appellant, quo maxime utuntur poetae; physicon, quo
 philosophi; ciuile, quo populi.

primum, inquit, quod dixi, in eo sunt multa contra dignitatem et naturam immortalium ficta. in hoc enim est, ut deus alius ex capite, alius ex femore sit, alius ex guttis sanguinis natus; in hoc, ut di furati sint, ut adulterarint, ut seruierint homini; denique in hoc omnia dis adtribuuntur, quae non modo in hominem, sed etiam quae in contemptissimum hominem cadere possunt.

secundum genus est, inquit, quod demonstraui, de quo multos libros philosophi reliquerunt; in quibus est, di qui sint, ubi, quod genus, quale; a quodam tempore an a sempiterno fuerint di; ex igni sint, ut credit Heraclitus, an ex numeris, ut Pythagoras, an ex atomis, ut ait Epicurus. sic alia, quae facilius int parietes in schola quam extra in foro ferre possunt aures.

intueamur sane et ciuilem theologian. **tertium** genus est, inquit, quod in urbibus ciues, maxime sacerdotes, nosse atque administrare debent. in quo est, quos deos publice +, quae sacra ac sacrificia colere et facere quemque par sit.

prima, inquit, theologia maxime adcommodata est ad theatrum, secunda ad mundum, tertia ad urbem.

Literaturhinweise für die nächsten Sitzungen: Georg Wissowa, Religion und Kultus der Römer, München 1902, 2. Aufl. 1912 (= Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft 4,5).

R.M. Ogilvie, The Romans and Their Gods, London 1969.

Denis Feeney, Literature and Religion at Rome. Cultures, contexts, and beliefs, Cambridge 1998.

Text 4: (zum Ordnen der Vielfalt in antiken und neuzeitlicher Wissenschaft:) Aus dem Inhaltsverzeichnis Wissowas:

1. Teil: Übersicht über den Entwicklungsgang der römischen Religion
2. Teil: Die Götter der römischen Staatsreligion

Die *di indigetes*: Janus, Iuppiter, Gottheiten aus dem Kreis des Juppiter, Mars, Quirinus, Vesta, Di penates, Lares, Genius, Juno, Gottheiten der Erde und des Landbaus, Consus und Ops, Saturnus und Lua, Faunus / Fauna / Silvanus, Gottheiten des Wassers, Neptunus und Salacia, Volcanus und Maja, Unterwelts- und Totengötter, Sonstige Gottheiten des ältesten Kreises

Die *Di novensides* italischer Herkunft: Diana, Minerva, Fortuna, Castor und Pollux, Hercules, Feronia, Vortumnus, Venus

Die *Di novensides* griechischer Herkunft: Apollo, Ceres / Liber und Libera, Mercurius, Aesculapius und Salus, Dis pater und Proserpina, Mens, Sol und Luna, Mater deum magna Idaea

Neugeschaffene Gottheiten: Personifikationen abstrakter Begriffe, Dea Roma und die Divi imperatores

Sacra peregrina: Die kappadokische Mâ-Bellona, Isis und die Götter Ägyptens, die syrischen Gottheiten, der Mithrasdienst, Sonstige Fremdkulte

(Gruppen von Gottheiten zum Beispiel gemäß ausgewählter Kategorien [der Beobachter]: personifizierte / verlebendigte Abstrakta [z.B. Pax, Virtus, Concordia, Salus, Spes, Fides, Honos]; nach Zuständigkeitsbereichen und Verläufen z.B. in der Vegetation [Flora, Pomona, Consus, Robigus/ -o etc.] und im menschlichen Leben [Empfängnis, Geburt, Aufwachsen etc.]; durch Zufügung spezifizierender Epitheta,

einzelner Aspekte [Ianus Patulcius – Ianus Clusivius; Jupiter Lucetius – Jupiter Fulgur – Jupiter Elicius])

II. Fragmente aus dem Werk des Quintus Ennius (239 – 169 v.Chr.)

Allgemeines (literaturhistorisches Wissen): schrieb in zahlreichen Gattungen, kein Werk vollständig erhalten, viele Fragezeichen bei überlieferten Titeln und Nachrichten (zur Fülle: **Tragödien**: Achilles, Ajax, Alcmeo, Alexander, Andromacha, Andromeda, Athamas, Cresphontes, Erechtheus, Eumenides, Hectoris lytra, Hecuba, Iphigenia, Medea, Melanippa, Nemea, Phoenix, Telamo, Telephus, Thyestes; **Praetextae**: Ambracia, Sabinae; **Komödien**: Cupiuncula, Pancratiastes; **Epos**: Annales; philosophisch-gelehrte Schriften u.a.: Epicharmus, Epigrammata, Euhemerus (sacra historia), hedyphagetica, Protrepticus (praecepta), Satura(e), Scipio (Epos?), Sota)

- speziell zu den *Annales* (ed. Skutsch – s. methodologischen Exkurs: Fragmentphilologie): hexametrische epische Erzählung, Stoff ist Geschichte Roms von der Gründung bis zur Gegenwart des Verfassers; insgesamt 18 Bücher, von denen ca. 437 Fragmente (rund 600 Verse) erhalten sind (Zuordnungsvorschläge z.B.: Anfänge der Stadt bis zum Ende der Königszeit in den Büchern 1-3; republikanische Zeit bis zum Pyrrhos-Krieg (280-275 v. Chr.) in den B. 4-6; Krieg gegen Hannibal (218-201) in B. 7-9; Zweiter Makedonischer Krieg (200-197) in Buch 10 etc.

Text 5: Fragment aus dem *Epicharmus* (?), trochäische Septenare, eine Tragödie?

Istic est is Iuppiter quem dico, quem Graeci vocant
aerem; qui ventus est et nubes, imber postea,
atque ex imbre frigus, ventus post fit, aer denuo.
haecce propter Iuppiter sunt ista quae dico tibi,
quando mortales atque urbes beluasque omnis iuvat.

Text 6: Fragmente aus den *Annales* (ed. Skutsch) und ihre Fundkontexte

ann. 15-16 Sk.

Doctus+que Anchisesque Venus quem pulchra dearum
fari donavit, divinum pectus habere

Probus, Verg. *ecl.* 6,31 p. 336 cur ibi (*Aen.* 6,724) Anchisen facit disputantem quod hic Silenum deum, nisi quod poeta Ennius Anchisen augurium ac per hoc divini quiddam habuisse praesumit sic ‚doctusque Anchisesque Venus quem pulchra dearum fari donavit, divinum pectus habere‘. Naevius Belli Punici libro tertio sic ‚postquam avem aspexit in templo Anchisa sacra ...‘.

ann. 20 Sk.

Est locus Hesperiam quam mortales perhibebant

Macrobius *sat.* 6,1,11 ‚est locus Hesperiam Grai cognomine dicunt‘ (*Aen.* 1,530; 3,163). Ennius in primo ‚est locus Hesperiam quam mortales perhibebant‘.

ann. 23-24

Saturno
quem Caelus genuit

Nonius 197,2 caelum neutro. masculino Lucretius (2,1097); Varro ...; Ennius ...; idem 'Saturno quem Caelus genuit'. Charisius 1,72 caelum hoc, cum sit neutrum, etiam masculine veteres dixerunt, ut Ennius 'quem C. genuit';

ann. 26 Sk.

Teque pater Tiberine tuo cum flumine sancto

Macrobius 6,1,12 'tuque, o Thybri, tuo, genitor, cum flumine sancto' (*Aen.* 8,72).
Ennius in I 'teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sancto'.

ann. 53 Sk.

Respondit Iuno Saturnia, sancta dearum

Servius, comm. in *Aen.* 4,576 (sequimur te, sancte deorum quisquis es): aut distinguendum 'sancte', aut 'sancte deorum' secundum Ennium dixit 'respondit Iuno Saturnia, sancta dearum'. Donatus, *art. gr.* 4,394 (soloecismus) per comparationem sicut 'respondit ... dearum' sanctissima. Sacerdos 6,450 (soloecismus) per gradus conlationis, hoc est comparationis, ut est 'Saturnia pulchra dearum' pro pulcherrima.

ann. 54-55 Sk.

Unus erit quem tu tolles in caerula caeli
templa

ann. 58-59 Sk.

Te +saneneta precor, Venus, te genetrix patris nostri,
ut me de caelo visas, cognata, parumper

ann. 99 und 100 Sk.

<Te Mavors, te> Nerienem Mavortis et Heriem
<Teque> Quirine pater veneror Horamque Quirini

Gellius 13,23,18 (*Nerienem, Martis coniugem, varia prosodia dici*) Ennius autem in primo annali in hoc versu 'Nerienem Mavortis et Heriem', dies, quod minime solet, numerum servavit, primam syllabam intendit, tertiam corripuit. Nonius 120,1 Hora iuventutis dea. Ennius annali lib. I 'Quirine pater veneror Horamque Quirini'.

ann. 116-18 Sk.

Volturnalem
Palatualet Furinalet Floralemque
Falacrem<que> et Pomonalem fecit hic idem

Varro, *De lingua Latina* 7,45 eundem Pompilium ait (Ennius) fecisse flamines, qui cum omnes sunt a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent *étyma*, ut cur sit Martialis et Quirinalis; sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines ut in

his qui sunt versibus plerisque 'Volturnalem Palatuaem ...', quae obscura sunt; eorum origo Volturnus, diva Palatua, Furrina, Flora, Falacer pater, Pomona.

ann. 180-182 Sk.

qui antehac
invicti fuere viri, pater optume Olympi,
hos ego vi pugna vici victusque sum ab isdem

Orosius, *hist.* 4,1,14 (*de pugna Heracleensi*) sed Pyrrhus atrocitatem cladis quam hoc bello exceperat dis suis hominibusque testatus est adfigens titulum in templo Tarentini Iovis, in quo haec scripsit: 'qui antehac ... ab isdem'. Et cum a sociis increpitaretur cur se victum diceret qui vicisset respondisse fertur: ne ego si iterum eodem modo vicero sine ullo milite Epirum revertar.

(Cicero, *div.* 2,116 [Skutsch 333 zu ann vi, iv = ann. 167] Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? Num minus ille potuit de Pyrrho fingere Ennius? Quis enim est qui credat Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum 'aio te Aeacida Romanos vincere posse'. Primum Latine Apollo numquam locutus est; deinde ista sors inaudita Graecis est; praeterea Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat; postremo, quamquam semper fuit, ut apud Ennium est, 'stolidum ... sapientipotentis', tamen hanc amphiboliam versus intellegere potuisset 'vincere te Romanos' nihilo magis in se quam in Romanos valere.

Text 7: Das *lectisternium* bei Ennius (?) und Livius; Vorbereitung auf Iuppiter (Nachtrag 9.5.:)

ann. 240-41 Sk. (Buch 7)

Iuno Vesta Minerva Ceres Diana Venus Mars
Mercurius Iovis Neptunus Volcanus Apollo

Apuleius, *De deo Socratis* 2 est aliud deorum genus ... quorum in numero sunt illi duodecim nudo positu (*var. lect.*) nominum in duo versus ab Ennio coartati 'Iuno, Vesta, Minerva ...'.

Livius 22,10,9 (217 v. Chr., 399 v. Chr. *lectisternium* mit sechs Göttern: Apollo, Latona, Hercules, Diana, Merkur, Neptun; die neuen 12 später *di consentes*) tum *lectisternium* per triduum habitum decemuiris sacrorum curantibus: sex pulvinaria in conspectu fuerunt, Ioui ac Iunoni unum, alterum Neptuno ac Mineruae, tertium Marti ac Ueneri, quartum Apollini ac Dianae, quintum Uolcano ac Uestae, sextum Mercurio et Cereri. tum aedes uotae. Ueneri Erycinae aedem Q. Fabius Maximus dictator uouit, quia ita ex fatalibus libris editum erat ut is uoueret cuius maximum imperium in ciuitate esset; Menti aedem T. Otacilius praetor uouit.

ann. 444 Sk.

O genitor noster, Saturnie, maxime divom

ann. 445 Sk.

Optima caelicolum, Saturnia, magna dearum

ann. 446-47 Sk.

Iuppiter hic risit tempestatesque serenae
riserunt omnes risu Iovis omnipotentis

ann. 619 Sk.

Vosque Lares tectum nostrum qui funditus curant

Text 8: Erzählen von den Göttern (in der epischen Tradition) als von Homer geprägte Redeform (Epitheta, Attribute, Götterhandlung begleitend, motivierend, eingreifend, spiegelnd etc.)

Homer, Odyssee 1, 20-280 (Ausschnitte), Übers. W. Schadewaldt (1958).

Die Götter erbarmte es allgesamt, außer Poseidon: dieser zürnte voll Eifer auf den gottgleichen Odysseus, bevor er in sein Land gelangte. Doch jener (Poseidon) war zu den Aithiopen hingegangen in der Ferne (...), daß er von Stieren und Widdern ein Hundertopfer entgegennähme. Da ergötzte er sich, beim Mahle sitzend. Die anderen aber waren in den Hallen Zeus', des Olympiers, versammelt. Und unter ihnen begann die Reden der Vater der Menschen und der Götter, denn er gedachte in seinem Sinn des untadligen Aigisthos, den der Agamemnon-Sohn, der weitberühmte Orest, erschlagen. Dessen gedachte er und sprach unter den Unsterblichen die Worte: „Nein! wie die Sterblichen doch die Götter beschuldigen! Denn von uns her, sagen sie, sei das Schlimme! und schaffen doch auch selbst durch eigne Freveltaten, über ihr Teil hinaus, sich Schmerzen! So hat auch jetzt Aigisthos, über sein Teil hinaus, des Atreus-Sohnes eheliche Gattin zur Frau genommen und ihn erschlagen, als er heimkam. (...)“.

Da antwortete ihm die Göttin, die helläugige Athene: „Unser Vater, Kronide, Höchster derer, die da herrschen! Ja, jener ist freilich dem verdienten Verderben erlegen. So möge auch jeder andere zugrunde gehen, wer derlei tut! Mir aber ist um den Odysseus, den kluggesonnenen, das Herz zerrissen, den Unglückseligen, der schon lange, entfernt von den Seinen, Leiden leidet auf einer umströmten Insel, wo der Nabel des Meeres ist. (...)“.

Da antwortete und sagte zu ihr der Wolkensammler Zeus: „Mein Kind, welch Wort entfloß dem Gehege deiner Zähne? Wie sollte ich da wohl des Odysseus, des göttlichen, vergessen (...)“.

So sprach sie und band sich unter die Füße die schönen Sohlen, die ambrosischen, goldenen, die sie über das Feuchte wie über die grenzenlose Erde zusammen mit dem Wehen des Windes trugen (...) Und sie ging hin und schwang sich hinab von den Häuptern des Olympos und trat in dem Gau von Ithaka an das vordere Tor des Odysseus, auf die Schwelle des Hofes, und hielt in der Hand den ehernen Speer, einem Gastfreund gleichend, dem Taphierführer Mentos (...). Das sah sie als erster der gottgleiche Telemachos. (...) Und er trat nahe zu ihr heran, ergriff ihre rechte Hand und nahm ihr den ehernen Speer ab, und begann und sagte zu ihr die geflügelten Worte: „Freude dir, Gast! du sollst bei uns willkommen sein! (...)“

Als sie so gesprochen hatte, ging sie hinweg, die helläugige Athene, und flog wie ein Vogel auf und davon. Ihm aber legte sie Kraft und Mut in den Sinn und ließ ihn noch mehr als zuvor des Vaters gedenken. Doch er, wie er es wahrnahm in seinen Sinnen, verwunderte sich in seinem Gemüte, denn es ahnte ihm, daß es ein Gott sei. Und er ging zugleich zu den Freiern, der gottgleiche Mann.

III. Catull und andere nicht-epische Formen der Dichtung

Text 9: Erscheinungs- und Darstellungsweisen von Göttern in den kürzeren Gedichten Catulls (topographische Kennzeichnungen, Kurzzitate von Mythen und Kulturen, hymnische Elemente etc.; = Catull I)

Catulli carm. 1, phalaceischer Hendekasyllabus (Elfsibler) 

Quoi dono lepidum novum libellum
arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
meas esse aliquid putare nugas
iam tum, cum ausus es unus Italorum 5
omne aevum tribus explicare cartis,
doctis, *Iuppiter*, et laboriosis.
quare habe tibi quidquid hoc libelli,
qualecumque: quod, <ο> *patrona virgo*
plus uno maneat perenne saeclo. 10

Cat. 3,1-3 Lugete, o *Veneres Cupidinesque* / (...) / passer mortuus est meae puellae

Cat. 13,11-14 Nam unguentum dabo, quod meae puellae / donarunt *Veneres Cupidinesque*; / quod tu cum olfacies, deos rogabis, / totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

Cat. 55, 18-20 (Suche nach dem Freund, Hendek.)

si linguam clauso tenes in ore,
fructus proicies amoris omnes:
verbosa gaudet *Venus* loquella. 20

Cat. 56,5-7 (an den Dichter Valerius Cato, Hendek.)

deprendi modo pupulum puellae
trusantem: hunc ego, si placet *Dionae*,
protelo rigida mea cecidi.

Cat. 61,16-20 (Hochzeitslied, Glyconeus und Pherecrateus; eines der *carmina maiora*)

namque Vinia Manlio,
qualis Idalium colens
venit ad Phrygium *Venus*
iudicem, bona cum bona
nubet alite virgo, 20

Cat. 4,18-27 (ait phasellus); iamb. Trimeter 

et inde tot per impotentia freta
erum tulisse, laeva sive dextera
vocaret aura, sive utrumque *Iuppiter* 20
simul secundus incidisset in pedem;
neque ulla vota *litoralibus deis*
sibi esse facta, cum veniret a marei
novissimo hunc ad usque limpidum lacum.
sed haec prius fuere: nunc recondita 25
senet quiete seque dedicat *tibi*,
gemelle Castor et gemelle Castoris.

Cat. 37,1-3 (Choliambus )

Salax taberna vosque contubernales,
a *pilleatis* nona *fratribus* pila,
solis putatis esse mentulas vobis,

Cat. 55,3-5 (Suche nach dem Freund, Hendek.)

te campo quaesimus in minore,
te in circo, te in omnibus libellis,
te in *templo summi Iovis* sacrato. 5

Cat 7,5-6 (Sandkörner in den Wüsten Libyens), Hendek.
oraclum *Iovis* inter aestuosi
et Batti veteris sacrum sepulcrum

Cat. 11,13-14 (Furius und Aurelius auf Feldzug in der Ferne)
omnia haec, quaecumque feret *voluntas* / *caelitus*, temptare simul parati;
Cat. 28,14-15 (Pisonis comites, cohors inanis, vgl. 11,1) at vobis mala multa *di deaeque*
/ dent, opprobria Romulei Remique.
Cat. 14,12 *Di magni*, horribilem et sacrum libellum!
Cat. 30,4-5 (Asclep. mai.; Alfene immemor) nec facta impia fallacum hominum
caelicolis placent. / *quos* tu neglegis ac me miserum deseris in malis. vv. 11-12 si tu
oblitus es, at *di* meminerunt, meminit Fides, / quae te ut paeniteat postmodo facti
faciet tui.
Cat. 40,1-4 Quaenam te mala mens, miselle Ravide, / agit praecipitem in meos
iambos? / *quis deus* tibi non bene advocatus / vecordem parat excitare rixam?

Cat. 50,18-21 (Hesterno, Licini, die otiosi)
nunc audax cave sis precesque nostras,
oramus, cave despuas, ocelle,
ne poenas *Nemesis* reposcat a te. 20
est *vemens dea*: laedere hanc caveto.

Cat. 45,8-9 und 17-18 (Hendek.) hoc ut dixit, *Amor* sinistra, ut ante / dextra, sternuit
approbationem.

Cat. 17 Hendek.

Minister vetuli puer Falerni
inger mi calices amariores,
ut lex Postumiae iubet magistrae
ebria | acina ebriosioris.
at vos quo lubet hinc abite, lymphae 5
vini perniciēs, et ad severos
migrate. hic merus est *Thyonianus*!

Cat. 36 (Hendek)
Annales Volusi, cacata carta,
votum solvite pro mea puella:
nam *sanctae Veneri Cupidinique*
vovit, si sibi restitutus essem
desissemque truces vibrare iambos, 5
electissima pessimi poetae
scripta *tardipedi deo* daturam
infelicibus ustilanda lignis,
et hoc pessima se puella vidit
iocose lepide vovere divis. 10

nunc, o *caeruleo* creata ponto,
quae sanctum *Idalium* Uriosque apertos

*quaeque Ancona Gnidumque arundinosam
colis quaeque Amathunta quaeque Golgos
quaeque Durrachium, Hadriae tabernam, 15*
acceptum face redditumque votum,
si non illepidum neque invenustum est!

at vos interea venite in ignem,
pleni ruris et inficetiarum.
Annales Volusi, cacata carta! 20

Cat. 34

Dianae sumus in fide
puellae et pueri integri:
<Dianam pueri integri>
puellaeque canamus.

o *Latonia*, maximi 5
magna progenies *Iovis*,
quam mater prope Deliam
deposivit olivam,

montium domina ut fores
silvarumque virentium 10
saltuumque reconditorum
amnumque sonantum.

tu *Lucina* dolentibus
Iuno dicta puerperis,
tu potens Trivia et notho 's 15
dicta lumine Luna.


tu cursu, dea, menstruo
metiens iter annuum,
rustica agricolae bonis
tectis frugibus explens. 20

sis quocumque tibi placet
sancta nomine, Romulique,
antique ut solita 's, bona
sospites ope gentem!

Cat. 35,13-18 (Hendek; der Dichter Caecilius)

nam quo tempore legit incohata
Dindymi dominam, ex eo misellae
ignes interiorum edunt medullam. 15
ignosco tibi, Sapphica puella
Musa doctior: est enim venuste
Magna Caecilio incohata Mater.

Text 10: Cybele (Magna Mater) in Catulls *carmen maius* 63

Cat. 63 (Galliambus; ) Initiation des Attis in den Cybelekult

Super alta vectus Attis celeri rate maria,
Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit,
adiitque opaca silvis redimita loca deae,
stimulatus ibi furenti rabie, vagus animis,
devolsit ili acuto sibi pondera silice,
itaque ut relictas sensit sibi membra sine viro,
etiam recente terrae sola sanguine maculans,
niveis citata cepit manibus leue typanum,
typanum *tuum*, *Cybebe*, *tua*, mater initia,
quatiensque terga tauri teneris cava digitis
canere haec suis adorta est tremebunda comitibus.

'agite ite ad alta, Gallae, Cybeles nemora simul,
simul ite, *Dindymenae dominae* uaga pecora,
aliena quae petentes uelut exules loca
sectam meam exsecutae duce me mihi comites
rapidum salum tulistis truculentaque pelagi
et corpus euirastis *Veneris nimio odio*;
hilarate erae citatis erroribus animum.
mora tarda mente cedat: simul ite, sequimini
Phrygiam ad domum Cybebes, Phrygia ad nemora deae,
ubi cymbalum sonat uox, ubi tympana reboant,
tibicen ubi canit Phryx curuo graue calamo,
ubi capita Maenades ui iaciunt hederigerae,
ubi sacra sancta acutis ululatibus agitant,
ubi suevit illa diuae uolitare uaga cohors,
quo nos decet citatis celerare tripudiis.'

simul haec comitibus Attis cecinit notha mulier,
thiasus repente linguis trepidantibus ululat,
leue typanum remugit, caua cymbala recrepant.
uiridem citus adit Idam properante pede chorus.
furibunda simul anhelans uaga uadit animam agens
comitata tympano Attis per opaca nemora dux,
ueluti iuuenca uitans onus indomita iugi;
rapidae ducem sequuntur Gallae properipedem.
itaque, ut domum Cybebes tetigere lassulae,
nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.
[...]

"ego nunc deum ministra et Cybeles famula ferar?
ego Maenas, ego mei pars, ego uir sterilis ero?
ego uiridis algida Idae niue amicta loca colam?
ego uitam agam sub altis Phrygiae columinibus,
ubi cerua siluicultrix, ubi aper nemoriuagus?
iam iam dolet quod egi, iam iamque paenitet."

roseis ut huic labellis sonitus citus abiit
 geminas deorum ad aures noua nuntia referens,
 ibi iuncta iuga resoluens *Cybele* leonibus
 laeuumque pecoris hostem stimulans ita loquitur.

'agedum,' inquit 'age ferox i> fac ut hunc furor
 fac uti furoris ictu reditum in nemora ferat,
 mea libere nimis qui fugere imperia cupit.
 age caede terga cauda, tua uerbera patere,
 fac cuncta mugienti fremitu loca retonent,
 rutilam ferox torosa ceruice quate iubam.'

ait haec minax *Cybele* religatque iuga manu.
 ferus ipse sese adhortans rapidum incitat animo,
 uadit, fremit, refringit uirgulta pede uago.
 at ubi umida albicantis loca litoris adiit,
 teneramque uidit Attin prope marmora pelagi,
 facit impetum. illa demens fugit in nemora fera;
 ibi semper omne uitae spatium famula fuit.

dea, magna dea, *Cybebe*, *dea domina Dindymi*,
 procul a mea tuos sit furor omnis, era, domo:
 alios age incitatos, alios age rabidos.

IV: Weiteres zu Cybele (gattungs- und diskursübergreifend)

Text 11: Cybele bei weiteren (zeitgenössischen) Dichtern – Lukrez und Vergil

Lukrez, *De rerum natura* 2,589-667

Principio tellus habet in se corpora prima, unde mare inmensum volventes frigora fontes adsidue renovent, habet ignes unde oriantur; nam multis succensa locis ardent sola terrae, ex imis vero furit ignibus impetus Aetnae.	590
tum porro nitidas fruges arbustaque laeta gentibus humanis habet unde extollere possit, unde etiam fluvios frondes et pabula laeta montivago generi possit praebere ferarum.	595
quare magna deum mater materque ferarum et nostri genetrix haec dicta est corporis una. Hanc veteres Graium docti cecinere poetae sedibus in curru biiugos agitare leones, aeris in spatio magnam pendere docentes tellurem neque posse in terra sistere terram.	600
adiunxere feras, quia quamvis effera proles officiis debet molliri victa parentum. muralique caput summum cinxere corona, eximiis munita locis quia sustinet urbes. quo nunc insigni per magnas praedita terras horrifice fertur divinae matris imago.	605

hanc variae gentes antiquo more sacrorum 610
 Idaeam vocitant matrem Phrygiasque catervas
 dant comites, quia primum ex illis finibus edunt
 per terrarum orbes fruges coepisse creari.
 Gallos attribuunt, quia, numen qui violarint 615
 Matris et ingrati genitoribus inventi sint,
 significare volunt indignos esse putandos,
 vivam progeniem qui in oras luminis edant.
 tympana tenta tonant palmis et cymbala circum
 concava, raucisonoque minantur cornua cantu,
 et Phrygio stimulat numero cava tibia mentis, 620
 telaque praeportant, violenti signa furoris,
 ingratos animos atque impia pectora volgi
 conterrere metu quae possint numine divae.

ergo cum primum magnas invecta per urbis 625
 munificat tacita mortalis muta salute,
 aere atque argento sternunt iter omne viarum
 largifica stipe ditantes ninguntque rosarum
 floribus umbrantes matrem comitumque catervam.
 hic armata manus, Curetas nomine Grai 630
 quos memorant, Phrygias inter si forte catervas
 ludunt in numerumque exultant sanguine laeti
 terrificas capitum quatientes numine cristas,
 Dictaeos referunt Curetas, qui Iovis illum
 vagitum in Creta quondam occultasse feruntur, 635
 cum pueri circum puerum pernice chorea
 [armat et in numerum pernice chorea]
 armati in numerum pulsarent aeribus aera,
 ne Saturnus eum malis mandaret adeptus
 aeternumque daret matri sub pectore volnus.
 propterea magnam armati matrem comitantur, 640
 aut quia significant divam praedicere ut armis
 ac virtute velint patriam defendere terram
 praesidioque parent decorique parentibus esse.
 quae bene et eximie quamvis disposta ferantur,
 longe sunt tamen a vera ratione repulsa. 645
 omnis enim per se divom natura necessest
 immortalis aevo summa cum pace fruatur
 semota ab nostris rebus seiunctaque longe;
 nam privata dolore omni, privata periclis,
 ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri, 650
 nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.
 terra quidem vero caret omni tempore sensu,
 et quia multarum potitur primordia rerum,
 multa modis multis effert in lumina solis.

hic si quis mare Neptunum Cereremque vocare 655
 constituet fruges et Bacchi nomine abuti
 mavolt quam laticis proprium proferre vocamen,
 concedamus ut hic terrarum dictitet orbem
 esse deum matrem, dum vera re tamen ipse 659
 religione animum turpi contingere parcat. 680
 Saepe itaque ex uno tondentes gramina campo 660
 lanigerae pecudes et equorum duellica proles

buceriaeque greges eodem sub tegmine caeli
 ex unoque sitim sedantes flumine aquai
 dissimili vivont specie retinentque parentum
 naturam et mores generatim quaeque imitantur. 665
 tanta est in quovis genere herbae material
 dissimilis ratio, tanta est in flumine quoque.

Vergil, Aeneis 9,77-126

Quis deus, o Musae, tam saeva incendia Teucris
 avertit? tantos ratibus quis depulit ignis?
 dicite: prisca fides facto, sed fama perennis.

tempore quo primum Phrygia formabat in Ida
 Aeneas classem et pelagi petere alta parabat,
 ipsa deum fertur genetrix Berecynthia magnum
 vocibus his adfata Iovem: «da, nate, petenti,
 quod tua cara parens domito te poscit Olympo.
 pinea silva mihi multos dilecta per annos,
 lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,
 nigranti picea trabibusque obscurus acernis.
 has ego Dardanio iuveni, cum classis egeret,
 laeta dedi; nunc sollicitam timor anxius angit.
 solve metus atque hoc precibus sine posse parentem,
 ne cursu quassatae ullo neu turbine venti
 vincantur: prosit nostris in montibus ortas.»

filius huic contra, torquet qui sidera mundi:
 «o genetrix, quo fata vocas? aut quid petis istis?
 mortali manu factae immortale carinae
 fas habeant? certusque incerta pericula lustret
 Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?
 immo, ubi defunctae finem portusque tenebunt
 Ausonios olim, quaecumque evaserit undis
 Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arva,
 mortalem eripiam formam magnique iubebo
 aequoris esse deas, qualis Nereia Doto
 et Galatea secant spumantem pectore pontum.»

dixerat idque ratum Stygii per flumina fratris,
 per pice torrentis atraque voragine ripas
 adnuat, et totum nutu tremefecit Olympum.

Ergo aderat promissa dies et tempora Parcae
 debita complebant, cum Turni iniuria Matrem
 admonuit ratibus sacris depellere taedas.

hic primum nova lux oculis offulsit et ingens
 visus ab Aurora caelum transcurrere nimbus
 Idaeique chori; tum vox horrenda per auras
 excidit et Troium Rutulorumque agmina complet:

«ne trepidate meas, Teucris, defendere navis
 neve armate manus; maria ante exurere Turno
 quam sacras dabitur pinus. vos ite solutae,

ite deae pelagi; genetrix iubet.» et sua quaeque
 continuo puppes abrumpunt vincula ripis
 delphinumque modo demersis aequora rostris
 ima petunt. hinc virgineae (mirabile monstrum)
 [quot prius aeratae steterant ad litora prorae]
 reddunt se totidem facies pontoque feruntur.

Obstipuere animis Rutuli, conterritus ipse
 turbatis Messapus equis, cunctatur et amnis
 rauca sonans revocatque pedem Tiberinus ab alto.
 at non audaci Turno fiducia cessit;

(V. Kurzhinweis auf die Kunstsprache des Terenz: Götteranrufungen, Formeln u.ä.;
 Fest der Magna Mater, Megalensia, Aufführung von Komödien)

Text 12: Beispiele aus der Komödie „Das Mädchen von Andros“

Andria 232b-34 (Mysis für Glyceriums Entbindung)
 di, date facultatem obsecro
 huic pariundi atque illi in aliis potius peccandi locum.
 sed quidnam Pamphilum exanimatum video?

Andria 245-47 (Pamphilus)
 adeo hominem esse invenustum aut infelicem quemquam ut ego sum! 245
 pro deum atque hominum fidem!
 nullon ego Chremeti' pacto adfinitatem effugere potero?

Andria 338-39
DA. Di boni, boni quid porto? sed ubi inveniam Pamphilum,
 ut metum in quo nunc est adimam atque expleam animum gaudio?

Andria 567-68
SI. nempe incommoditas denique huc omnis redit
 si eveniat, quod di prohibeant, discessio.

Andria 642
PA. Charine, et me et te imprudens, nisi quid di respiciunt, perdidisti.

Andria 665f.
CH. factum hoc est, Dave? **DA.** factum. **CH.** hem quid ais? scelus! 665
 at tibi di dignum factis exitium dunt!

Andria 716 (Mysis)
 Nilne esse proprium quoquam! di vostram fidem!

Andria 744b-45
DA. di vostram fidem,
 quid turbaest apud forum! quid illi hominum litigant!

Andria 761 (Mysis)
MY. di te eradicent! ita me miseram territas.

Andria 971-73

PA. nec mora ullast quin eam uxorem ducam. **CH.** num illic somniat ea quae vigilans voluit? **PA.** tum de puero, Dave . . **DA.** ah desine! solus est quem diligant di.

VI. Unsterblichkeit als Vorstellung in Ciceros *Somnium Scipionis* (aus dem 6. Buch des fragmentarisch erhaltenen Dialoges *De re publica*)

Text 13: Cicero, *De re publica* 6 (Auszug), *Somnium Scipionis*

(9) Cum in Africam venissem M'. Manilio consuli ad quartam legionem tribunus, ut scitis, militum, nihil mihi fuit potius, quam ut Masinissam convenirem regem, familiae nostrae iustis de causis amicissimum. Ad quem ut veni, complexus me senex conlacrimavit aliquantoque post suspexit ad caelum et: Grates, inquit, tibi ago, summe Sol, vobisque, reliqui Caelites, quod, ante quam ex hac vita migro, conspicio in meo regno et his tectis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipso recreor; itaque numquam ex animo meo discedit illius optimi atque invictissimi viri memoria. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra republica percontatus est, multisque verbis ultro citroque habitis ille nobis consumptus est dies.

(10) Post autem apparatu regio accepti sermonem in multam noctem produximus, cum senex nihil nisi de Africano loqueretur omniaque eius non facta solum, sed etiam dicta meminisset. Deinde, ut cubitum discessimus, me et de via fessum, et qui ad multam noctem vigilassem, artior quam solebat somnus complexus est. Hic mihi credo equidem ex hoc, quod eramus locuti; fit enim fere, ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet saepissime vigilans solebat cogitare et loqui Africanus se ostendit ea forma, quae mihi ex imagine eius quam ex ipso erat notior; quem ubi agnovi, equidem cohorruui, sed ille:

Ades, inquit, animo et omitte timorem, Scipio, et, quae dicam, trade memoriae. (11) Videsne illam urbem, quae parere populo Romano coacta per me renovat pristina bella nec potest quiescere? ostendebat autem Karthaginem de excelso et pleno stellarum illustri et claro quodam loco ad quam tu oppugnandam nunc venis paene miles. Hanc hoc biennio consul evertes, eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc a nobis hereditarium. Cum autem Karthaginem deleveris, triumphum egeris censorque fueris et obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Graeciam, deligere iterum consul absens bellumque maximum conficies, Numantiam excindes. Sed cum eris curru in Capitolium invectus, offendes rem publicam consiliis perturbatam nepotis mei.

(12) Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriae lumen animi, ingenii consiliique tui. Sed eius temporis ancipitem video quasi fatorum viam. Nam cum aetas tua septenos octiens solis anfractus reditusque converterit, duoque ii numeri, quorum uterque plenus alter altera de causa habetur, circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint, in te unum atque intuum nomen se tota convertet civitas, te senatus, te omnes boni, te socii, te Latini intuebuntur, tu eris unus, in quo nitatur civitatis salus, ac, ne multa, dictator rem publicam constituas oportet, si impias propinquorum manus effugeris.

Hic cum exclamasset Laelius ingemuissentque vehementius ceteri, leniter arridens Scipio: St. quaeso, inquit, ne me e somno excitetis, et parumper audite cetera.

(13) Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem publicam, sic habeto: omnibus, qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruuntur; nihil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius quam concilia coetusque

hominum iure sociati, quae civitates appellantur; harum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur.

(14) Hic ego, etsi eram perterritus non tam mortis metu quam insidiarum a meis, quaesivi tamen, viveretne ipse et Paulus pater et alii, quos nos extinctos arbitramur. Immo vero, inquit, hi vivunt, qui e corporum vinculis tamquam e carcere evolaverunt, vestra vero, quae dicitur, vita mors est. Quin tu aspicias ad te venientem Paulum patrem? Quem ut vidi, equidem vim lacrimarum profudi, ille autem me complexus atque osculans flere prohibebat.

(15) Atque ego ut primum fletu represso loqui posse coepi, Quaeso, inquam, pater sanctissime atque optime, quoniam haec est vita, ut Africanum audio dicere, quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Non est ita, inquit ille. Nisi enim deus is, cuius hoc templum est omne, quod conspicias, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae terra dicitur, iisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis, quae globosae et rotundae, divinis animatae mentibus, circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus animus est in custodia corporis nec iniussu eius, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum adsignatum a deo defugisse videamini.

(16) Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego, qui te genui, iustitiam cole et pietatem, quae cum magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est; ea vita via est in caelum et in hunc coetum eorum, qui iam vixerunt et corpore laxati illum incolunt locum, quem vides, erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis; ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur. Erant autem eae stellae, quas numquam ex hoc loco vidimus, et eae magnitudines omnium, quas esse numquam suspicati sumus, ex quibus erat ea minima, quae ultima a caelo, citima a terris luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terrae magnitudinem facile vincebant. Iam ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum eius attingimus, paeniteret.

19 (20) Haec ego admirans referebam tamen oculos ad terram identidem. Tum Africanus: Sentio, inquit, te sedem etiam nunc hominum ac domum contemplari; quae si tibi parva, ut est, ita videtur, haec caelestia semper spectato, illa humana contemnit. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum aut quam expetendam consequi gloriam potes? Vides habitari in terra raris et angustis in locis et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas, eosque, qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis; a quibus expectare gloriam certe nullam potestis.

21 (23) Quin etiam si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes unius cuiusque nostrum a patribus acceptas posteris prodere, tamen propter eluviones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo [non] aeternam, sed ne diuturnam quidem gloriam adsequi possumus. Quid autem interest ab iis, qui postea nascentur, sermonem fore de te, cum ab iis nullus fuerit, qui ante nati sunt? 22 (24) qui nec pauciores et certe meliores fuerunt viri, praesertim cum apud eos ipsos, a quibus audiri nomen nostrum potest, nemo unius anni memoriam consequi possit. Homines enim populariter annum tantum modo solis, id est unius astri, reditu metiuntur; cum autem ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint eandemque totius caeli descriptionem longis intervallis rettulerint, tum ille vere vertens annus appellari potest; in quo vix dicere audeo quam multa hominum saecula teneantur. Namque ut olim deficere sol hominibus exstinguique visus est, cum Romuli animus haec ipsa in templa penetravit, quandoque ab eadem parte sol

eodemque tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad principium stellisque revocatis expletum annum habeto; cuius quidem anni nondum vicesimam partem scito esse conversam.

24 (26) Quae cum dixisset, Ego vero, inquam, Africane, siquidem bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet, quamquam a pueritia vestigiis ingressus patris et tuis decori vestro non defui, nunc tamen tanto praemio exposito enitar multo vigilantius. Et ille: Tu vero enitere et sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc; nec enim tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse, siquidem est deus, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et moderatur et movet id corpus, cui praepositus est, quam hunc mundum ille princeps deus; et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet.

[...] Ille discessit; ego somno solutus sum.

VII. Einzelne Gottheiten in unterschiedlicher Perspektive (1): Juppiter

Zur Erinnerung:

Ennius ann. 444 Sk.

O genitor noster, Saturnie, maxime divom
ann. 445 Sk.

Optima caelicolum, Saturnia, magna dearum
(Enn. ann. 554 Iovis altitonantis)

ann. 446-47 Sk.

Iuppiter hic risit tempestatesque serenae
riserunt omnes risu Iovis omnipotentis

vgl. Verg. Aen. 1,254f.

Olli subridens hominum sator atque deorum
vultu quo caelum tempestatesque serenat

Text 14: Arbeiten mit Lexikonartikeln (Unterschiede religionshistorischer und literarhistorischer bzw. –wissenschaftlicher Perspektiven): Struktur und Informationen des Artikels ‚Jupiter‘ im LAW

Jupiter – selbe indogermanische Wurzel wie Zeus, mit pater: Diespiter, vgl. Flamen Dialis

als Gott der Himmelshelle mit Iden verbunden, an denen der Flamen Dialis ein weißes Schaf opfert (alle Tiere für J. sind weiß); Stiftungstage mehrerer J.-Tempel an den Iden: J. Victor, Invictus, Optimus Maximus;

auf dem Esquilin J. Fagutalis (wegen Buchenhain); Viminal (Viminus); Quirinal: Varro ling. 5,158 berichtet von einem dortigen Heiligtum für J – Juno – Minerva (Altes Kapitol); Kapitol hatte angeblich ältesten von Romulus geweihten J.Feretrius-Tempel (Liv. 1,10), auf Südgipfel J.-Tempel der Tarquinier, am Nordgipfel Augurenstandort;

J. Fulgur und J. Lapis (Blitzstein); Augustus baute 22 v. Chr. dem J. Tonans einen Tempel; J. Elicius nach Ov fast 3,285-346; Liv 1,20 weil Numa J. magisch zum Aventin herangezogen habe (elicere – herbeiziehen);

neben Wetter zweiter alter Wirkungsbereich: Schutzgott des Latinerbundes (feriae Latinae), dieser ist der J. Feretrius (die Beute tragen?) die spolia opima; daher Schutzgott der Römer, Siegessicherer; nach Liv. 1,12 Romulus diesem als J. Stator den Tempel geweiht, eingelöst für den Abhang des Palatin von M. Atilius Regulus nach erneuertem Gelöbnis 294 v.Chr.; ein weiterer Stator-Tempel 146 beim Circus Flaminius gebaut (Liv 10,36,11; Vitr. 3,1,5);

berühmtester Tempel der der Tarquinier, angeblich von ersten Konsuln 509 v.Chr. geweiht; JOM; die etruskische Trias mit Iuno und Minerva soll ältere J – Mars – Quirinus ersetzt haben; in diesen Tempel des J. Capitolinus mündete der Triumphzug, am Tag der Anlegung der Toga wurde ihm geopfert; Ludi Romani und Ludi plebei als mit größte Feste galten ihm;

schließlich Eidgott: wenn Fetiales Verträge schließen, wird J. angerufen, einem Opfertier mit Stein auf die Stirn geschlagen;

Text 15: Tempelweihungen und Erzähltechnik in Texten des Livius

Titus Livius (59 v. – 14 n.Chr), ab urbe condita liber **1,10, 4-7**

Sed effuse uastantibus fit obuius cum exercitu Romulus levique certamine docet uanam sine viribus iram esse. Exercitum fundit fugatque, fusum persequitur: regem in proelio obtruncat et spoliat: duce hostium occiso urbem primo impetu capit. Inde exercitu victore reducto, ipse cum factis vir magnificus tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium caesi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium escendit; ibique ea cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designavit templo Iovis fines cognomenque addidit deo: "Iuppiter Feretri" inquit, "haec tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque his regionibus quas modo animo metatus sum dedico, sedem opimis spoliis quae regibus ducibusque hostium caesis me auctorem sequentes posterius ferent." Haec templi est origo quod primum omnium Romae sacratum est. Ita deinde dis visum nec inritam conditoris templi vocem esse qua laturos eo spolia posteros nuncupavit nec multitudine compotum eius doni vulgari laudem. Bina postea, inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia: adeo rara eius fortuna decoris fuit.

Livius 1,12,1-9

Tenuere tamen arcem Sabini; atque inde postero die, cum Romanus exercitus instructus quod inter Palatinum Capitolinumque collem campi est complasset, non prius descenderunt in aequum quam ira et cupiditate recipiendae arcis stimulante animos in adversum Romani subiere. [...]

Vt Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies fusaque est. Ad veterem portam Palati Romulus et ipse turba fugientium actus, arma ad caelum tollens, "Iuppiter, tuis" inquit "iussus auibus hic in Palatio prima urbi fundamenta ieci. Arcem iam scelere emptam Sabini habent; inde huc armati superata media valle tendunt; at tu, pater deum hominumque, hinc saltem arce hostes; deme terrorem Romanis fugamque foedam siste. Hic ego tibi templum Statori Iovi, quod monumentum sit posteris tua praesenti ope servatam urbem esse, voveo." Haec precatus, ueluti sensisset auditas preces, "Hinc" inquit, "Romani, Iuppiter optimus maximus resistere atque iterare pugnam iubet."

Restitere Romani tamquam caelesti voce iussi: ipse ad primores Romulus provolat. Mettius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat et effusos egerat Romanos toto quantum foro spatium est. Nec procul iam a porta Palati erat, clamitans:

"Vicinus perfidos hospites, imbelles hostes; iam sciunt longe aliud esse virgines rapere, aliud pugnare cum viris." In eum haec gloriantem cum globo ferocissimorum iuvenum Romulus impetum facit.

Livius 8,4,2 ff.

Cum aliud alii censerent, tum Annius: 'quamquam ipse ego rettuli quid responderi placeret, tamen magis ad summam rerum nostrarum pertinere arbitror quid agendum nobis quam quid loquendum sit. facile erit explicatis consiliis accommodare rebus uerba.

[...] cur non alter ab Latinis consul datur? ubi pars uirium, ibi et imperii pars est. [...] si quem hoc metus dicere prohibet, en ego ipse audiente non populo Romano modo senatuque sed Ioue ipso, qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum, ut, si nos in foedere ac societate esse uelint, consulem alterum ab nobis senatusque partem accipiant.' haec ferociter non suadenti solum sed pollicenti clamore et adsensu omnes permiserunt, ut ageret diceretque quae e re publica nominis Latini fideque sua uiderentur.

(8,5,1ff.) Vbi est Romam uentum, in Capitolio eis senatus datus est. ibi cum T.

Manlius consul egisset cum eis ex auctoritate patrum ne Samnitibus foederatis bellum inferrent, Annius, tamquam uictor armis Capitolium cepisset, non legatus iure gentium tutus loqueretur, 'tempus erat' inquit, [...]

forte ita accidit, ut parem ferociae huius et Romani consulem T. Manlium haberent, qui adeo non tenuit iram ut, si tanta dementia patres conscriptos cepisset ut ab Setino homine leges acciperent, gladio cinctum in senatum uenturum se esse palam diceret et quemcumque in curia Latinum uidisset sua manu interempturum. et conuersus ad simulacrum Iouis, 'audi, Iuppiter, haec scelera' inquit; 'audite, Ius Fasque. peregrinos consules et peregrinum senatum in tuo, Iuppiter, augurato templo captus atque ipse oppressus uisurus es? haecine foedera Tullus, Romanus rex, cum Albanis, patribus uestris, Latini, haec L. Tarquinius uobiscum postea fecit? [...]'.

8,6,1ff.

Cum consulis uocem subsecuta patrum indignatio esset, proditur memoriae aduersus crebram implorationem deum, quos testes foederum saepius inuocabant consules, uocem Anni spernentis numina Iouis Romani auditam.

certe, cum commotus ira se a uestibulo templi citato gradu proriperet, lapsus per gradus capite grauiter offenso impactus imo ita est saxo ut sopiretur.

exanimatum auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoque in incerto relictum sit, sicut inter foederum ruptorum testationem ingenti fragore caeli procellam effusam; nam et uera esse et apte ad repraesentandam iram deum ficta possunt.

Torquatus missus ab senatu ad dimittendos legatos, cum iacentem Annium uidisset, exclamat, ita ut populo patribusque audita uox pariter sit:

'bene habet; di pium mouere bellum. est caeleste numen; es, magne Iuppiter; haud frustra te patrem deum hominum hac sede sacrauimus. quid cessatis, Quirites uosque patres conscripti, arma capere deis ducibus? sic stratas legiones Latinorum dabo, quemadmodum legatum iacentem uidetis.'

adsensu populi [...].

VII. Einzelne Gottheiten in unterschiedlicher Perspektive (2): Apollo / Phoebus, Bacchus / Liber und Hermes / Merkur vor allem in der Lyrik des Horaz

Text 16: Komposition von Gedichtbüchern und Erscheinungsweisen der Götter in den Oden (I): Horaz. carm. 1,2

Iam satis terris nivis atque dirae grandinis misit pater et rubente dextera sacras iaculatus arcis terrui urbem,	
terrui gentis, grave ne rediret saeculum Pyrrhae nova monstra questae, omne cum Proteus pecus egit altos visere montis	5
piscium et summa genus haesit ulmo, nota quae sedes fuerat columbis, et superiecto pavidae natarunt aequore dammae.	10
vidimus flavom Tiberim retortis litore Etrusco violenter undis ire deiectum monumenta regis templaque Vestae,	15
Iliae dum se nimium querenti iactat ultorem, vagus et sinistra labitur ripa Iove non probante u- xorius amnis.	20
audiet civis acuisse ferrum, quo graves Persae melius perirent, audiet pugnas vitio parentum rara iuventus.	
quem vocet divum populus ruentis imperi rebus? prece qua fatigent virgines sanctae minus audientem carmina Vestam?	25
cui dabit partis scelus expiandi Iuppiter? tandem venias precamur nube candentis umeros amictus augur Apollo;	30
sive tu mavis, Erycina ridens, quam Iocus circum volat et Cupido, sive neglectum genus et nepotes respicis auctor,	35
heu nimis longo satiate ludo, quem iuvat clamor galeaeque leves acer et Marsi peditis cruentum vultus in hostem;	40
sive mutata iuvenem figura ales in terris imitaris almae	

filius Maiæ patiens vocari Caesaris ultor,	
serus in caelum redeas diuque laetus intersis populo Quirini, neve te nostris vitiis iniquum ocior aura	45
tollat: hic magnos potius triumphos, hic ames dici pater atque princeps, neu sinas Medos equitare inultos te duce, Caesar.	50

Text 17: Komposition von Gedichtbüchern und Erscheinungsweisen der Götter in den Oden (II): Horaz, carm. 1,10

Mercuri, facunde nepos Atlantis, qui feros cultus hominum recentum voce formasti catus et decorae more palaestrae,	
te canam, magni Iovis et deorum nuntium curvaeque lyrae parentem, callidum quidquid placuit iocoso condere furto.	5
te, boves olim nisi reddidisses per dolum amotas, puerum minaci voce dum terret, viduus pharetra risit Apollo.	10
quin et Atridas duce te superbos Ilio dives Priamus relictio Thessalosque ignis et iniqua Troiae castra fefellit.	15
tu pias laetis animas reponis sedibus virgaque levem coerces aurea turbam, superis deorum gratus et imis.	20